

A-31-169

149



MEMORIALES, Y  
privilegios presentados a su Magestad  
por la ciudad de Barcelona, contra la  
pretension del quinto de las  
imposiciones.

S E Ñ O R.



A Ciudad de Barcelona dize, que el Lu-  
garteniente de Maestro Racional de la  
Casa y Corte de V. Magestad en el Prin-  
cipado de Cataluña, le ha hecho manda-  
miento con pena de mil ducados, que de  
tro de treynta dias presente las cuentas  
de las imposiciones, y pague el quinto dellas, que dize  
ser devido a V. Magestad desde el año de 1599. hasta el  
de 619. diziendo auer tenido para ello particular orden  
y comision de V. Magestad, de que la Ciudad ha hecho  
muy grande admiracion, y queda con particular senti-  
miento; porque a mas de no poder fundarse esta preten-  
sion en derecho comun, por ser diferente el caso por mil  
razones, nien cõstituciones, ni otras leyes generales del  
Principado de Cataluña, sino solo en la siniestra informa-  
cion del Maestro Racional, ò otros ministros que sin tener  
noticia del derecho de la ciudad, la auran representa-  
do a V. Magestad por expedida y llana. Por otra parte es  
del todo contraria a los privilegios que tiene la Ciudad,  
de los Serenissimos Reyes de Aragon, y por V. Magestad  
confirmados, y jurados en las vltimas Cortes. A la  
costumbre que se guardaua en el tiempo se concedierõ.  
A la antiquissima obseruancia dellos. Y de la intencion

A y men-



- 1 **P**RO THEMATE, refertur mandatū ex parte locumtinentis Magistri rationalis factum ciuitati Barchinonæ de reddendo computo impositionum, & de soluendo quinto illarum domino Regi.
- 2 Sententia lata pro Fisco Regio contra plures Vniuersitates Cathalonie, non nocent, nec praiudicant ciuitati Barchinonæ.
- 3 Sententiæ latae pro Fisco Regio solum fundamentum capiunt ex doctrina Iacobi Calicij magna autoritatis doctoris practici Cathalani, in margarita fisci. dubio. 6. casu. 196.
- 4 Iacobus Calicius fuit aduocatus Fiscalis domini Regis Ferdinãdi primi.
- 5 Eadem doctrina Calicij facit pro ciuitate Barchinonæ contra Fiscum Regium.
- 6 Calicius in loco citato attestatur de consuetudine, quam obseruarunt domini Reges Aragonum vsque ad dominum Regē Ferdinandum primum, in concedendo facultatem imponendi, libere, & absque retentione alicuius partis impositionum, sed solum recepta aliqua pecunia quã citate pro licentia.
- 7 Doctori attestanti de consuetudine est credendum, maxime quando est famosus, & celeberrimus doctor.
- 8 Doctori attestanti de consuetudine, tunc maxime est credendum, quando attestatur de consuetudine loci, vel curie in qua versatus est.
- 9 Calicius attestatur de consuetudine sue patrie & curie, in qua versatus erat.
- 10 Regia curia Calicij doctrinam pro indubitata habet, & ei inmittitur, circa condemnationem quinti.
- 12 Refertur ad litteram doctrina Calicij in dicto dubio 6. casu 196.
- 13 Ex allegata doctrina Calicij resultat serenissimos Reges Aragonum consueuisse libere, & absque retentione alicuius partis, concedere licentiam imponendi ciuitatibus, & municipibus, habita ab eis certa pecunia summa pro concessione dictæ licentiæ.
- 14 Ex eadem Calicij doctrina elicitur, consuetudinem prædictam obseruatã fuisse vsque ad tempora domini Regis Ferdinãdi primi, qui regnare cepit. 28. Iunij 1412.
- 15 Idem Calicius, eodem in loco attestatur, dominum Regem Ferdinandum primum consueuisse petere quartam, vel quintam partem impositionis, pro dicta licentiâ imponendi.
- 16 Ciuitas Barchinonæ habuit priuilegia impositionum, multo ante tempora domini Regis Ferdinãdi primi.
- 17 De initio concessionis impositionum ciuitatis Barchinonæ non apparet,

ob antiquitatem privilegij dicta concessionis.

- 18 Refertur tenor privilegij domini Regis Petri tertij de anno 1359. in quo presupponendo dominus Rex, ciuitatē Barchinonē consueuiffē imponere fiffas & impositiones eidem, confirmat, & ampliat eandem potestate ad libitum dictaē ciuitatis.
- 19 Dictum privilegium domini Regis Petri tertij reperitur concessum eo tempore, quo consueuerunt domini Reges Aragonum concedere licentiam imponendi vniuersitatibus Cathaloniae libere, & absque reuocacione ali cuius partis.
- 20 Omnis dispositio debet à consuetudine interpretari.
- 21 Quilibet censetur facere actum secundum vigentem consuetudinem.
- 22 Dominus Rex Petrus tertius tempore, & pro concessione dicti privilegij de anno 1359. prater alia recepit à ciuitate octo millo libras Barchinonae.
- 23 Dominus Rex agnoscens immensa seruitia, & officia ciuitatis, eidem amplissima privilegia libertatis, & fr iniquitatis concessit: vt semota dicta consuetudine respectu dictarum impositionum ciuitas tuta esset.
- 24 Refertur tenor privilegij domini Regis Iacobi primi de anno 1259.
- 25 Eadem ciuitas Barchinonae de anno 1614. plusquam viginti millo libras expendit, in expellendo, & debellando congregationes sc. moforum latronum, qui miserè, vniuersum fere Principatum opprēssum detinebant.
- 26 Serenissimi Reges Aragonum in eisdem privilegijs, impositionum, eidem ciuitati promissurunt, se nihil accepturos ex dictis impositionibus.
- 27 Refertur quadam clausula privilegij domini Regis Alphonsi de anno 1286. qua necessario importat exclusionem quinti impositionum ciuitatis.
- 28 Refertur tenor privilegij domini Regis Petri tertij de anno 1359.
- 29 Dictum Regium privilegium probat continuationem seruitiorum ciuitatis, & confirmationem fiffarum, & impositionum eiusdem, cum facultate illas augendi.
- 30 Dominus Rex Petrus tertius cum præcalendato privilegio, cū tota eius familia Regia, se obligauit soluere ciuitati impositiones, vt quilibet præuatus.
- 31 Idem dominus Rex Petrus tertius cum alio privilegio dat. Barchinonae. 9. Iunij. 1378. promissit soluere impositiones ciuitatis, & refertur verba privilegij.
- 32 Contenta in præcalendato privilegio, fuerunt postea confirmata cum Rege privilegio domini Regis Ferdinandi secundi, dat. in loco de Almagar. an. 26. Maij. 1496.

ficiones. De que, y de otras razones que por escusar prolixidad se dexan para informar mas largamente a su tiempo, parece muy llana la pretension de la Ciudad: y por consiguiente no tener lugar el mandamiento del Lugarteniente del Maestro Racional. Suplica por tanto la Ciudad muy humildemente a V. Magestad, sea de su Real seruicio mandar enterarse extrajudicialmēte desta verdad, y justicia, y constando della mandar al Lugarteniente de Maestro Racional, se aparte desta pretension, y no passe adelante en ella contra la Ciudad; que a mas de lo q̄ deue por su innata fidelidad, con la merced que espera de la Real mano de V. Magestad, quedara mas obligada a lo que fuere seruicio de V. Magestad.

Señor.

**L**A Ciudad de Barcelona dize, Que a mas de lo que tiene aduertido por su justicia, con que parece no estar obligada a pagar el quinto de sus imposiciones a V. Magestad; y por consiguiente ser voluntario el mandamiento que en razon desta pretension se ha presentado a la Ciudad por el Lugarteniente de Maestro Racional, se colige tambien de lo que se sigue.

Primeraamente, que dicha pretension es contraria a los priuilegios del Serenissimo Rey don Pedro Tercero, de los años 1366. y 1369. con los quales su Magestad fue seruido reuocar las emparas, ò embargos que auia mandado hazer a las imposiciones de la ciudad de Barcelona, y demas Vniuersidades del Principado de Cataluña, para seruirse dellas en la guerra de Cerdeña, sin reseruacion alguna del quinto, ni otra parte dellas, en execucion, y cumplimiento de lo que el Serenissimo Rey don Alonso, cō el priuilegio del año 1286. auia prometido a la ciudad de Barcelona, de no tocar, ni tomar nada de sus imposiciones: y de lo que el Serenissimo Rey don Iayme con el priuilegio del año 1299. tenia prometido a la misma Ciudad, de no obligarla a seruicio alguno de dinero, foroso,

- 4 quam obseruarunt domini Reges Aragonum vsque ad dominum Regē Ferdinandum primum.
- 52 Subiectio Principis soluendi impositiones, renuntiationem Regia immunitatis importat, & per consequens donationem.
- 53 Princeps exercendo per dictam subiectionem, tam magnam, & insolitam liberalitatem, non presumitur, tacite quintum sibi reseruasse, cum sit actus contrarius dictæ immensæ liberalitati.
- 54 Non creditur id quod rationabilis iudex, & rei qualitas non consensunt.
- 55 Habens priuilegium eundi, & nauigandi sine molestia, censetur adeptus exemptionem pedagij.
- 56 Priuilegia ciuitatis non adaptantur remissioni quinti, attenda consuetudine, quam obseruarunt domini Reges Aragonum vsque ad dominum Regem Ferdinandum primum, in concedendo facultatem imponendi, bene tamen se mota consuetudine.
- 57 Regalia non veniunt in generali concessione, sed requirunt specialem expressionem.
- 58 Quando Princeps agit de transferendo regalia in tertium, illa non veniunt in generali concessione.
- 59 Quando Princeps non agit de transferendo regalia, sed tantum immunitatem à regalia, tunc non est necessaria particularis expressio.
- 60 Diuersa sunt concedere regalia, vel immunitatem à regalia, & sic regalia acquisitiue acquirere, vel exemptiue tantum.
- 61 Remissio quinti non indiget speciali verborum expressione.
- 62 Regalia transeunt per generalem concessionem, si ille, cui est facta concessio, diu vsus fuisset regalibus.
- 63 Sequens vsus precedentem concessionem declarat.
- 64 Ius percipiendi decimam, à laicis possideri non potest, bene tamen à laicis potest prescribi ius non soluendi decimas.
- 65 Tempore concessionis priuilegiorum ciuitatis, quintum non erat in vsu, & sic in priuilegijs fieri non potuit expressa remissio quinti.
- 66 De qualitate curare non possumus, cū constat de non existētia substantia.
- 67 Verba priuilegiorum ciuitatis, tam amplam immunitatem, & liberalitatē importantia, ad aliud non possunt referri, quam ad remissionem seu exclusionem quinti.
- 68 Dominus Rex poterat impositionibus vti, vel parte illarum, si talem potestatem, sua liberalitate motus, à se non abdicasset.
- 69 Dominus Rex in multis casibus vti potest bonis suorum vassallorum.
- 70 Dominus Rex Petrus tertius fecit emparas, vniuersaliter in impositionibus vniuersitatum Cathalonæ necessitate ad strictus, & pro subueniendo Regno Sardinia.

- 71 Idem dominus Rex dignatus fuit dictas emparas reuocare cum per ciuitatem preatenderetur, illas fieri non potuisse.
- 72 Dicta reuocatio processit ex vi priuilegiy domini Regis iacobi de anno 1299. & Regis Alphonsi de anno 1286.
- 73 Domini Reges Aragonum per tempus plusquam tercentorum annorum, & sic a tempore concessionis priuilegiorum, nihil tangere, nec accipere, ex impositionibus ciuitatis consueuerunt.
- 74 De uoluntate, & scientia domini Regis processit, quod ciuitas per dictum tempus integre impositiones perceperit.
- 75 Voluntas presumitur in actu, per obseruantiam sequutam diutius obseruatam.
- 76 Quasi possessio non soluendi, ex titulis preambulis processisse presumitur.
- 77 Verba & facta sequentia euidentissimum prestant intellectum uerbis, & factis precedentibus.
- 78 Per obseruantiam subsequutam collitur ompis dubietas.
- 79 Vis magna obseruantia subsequuta, enucleatur per Ioan. Bolognet. in conf. 1. num. 133.
- 80 Obseruantia subsequuta operatur, quod uenditio iuris exigendi gabellam refultat ex uerbis generalibus, quauis sit de Regalibus.
- 81 Antiquissimum tempus, quo ciuitas integre percepit suas impositiones, operatur scientiam in domino Rege, etiam si esset in sui preiudicium.
- 82 Non solum Principis scientia, sed solum officialium nocet Principi, quia & quo ad eum prescribitur, etiam quo ad Regalia.
- 83 Ciuitas percipiendo libere impositiones, cum scientia domini Regis, uisa fuit interpellasse ius domini Regis, & se gessisse pro libera solutione quinti.
- 84 Dominus Rex nusquam conquestus fuit de integra perceptione impositionum per ciuitatem, ob id que eidem uisus est consensisse.
- 85 Obseruantia predicta roboratur ex pluribus actibus gestis inter dominum Regem, & ciuitatem.
- 86 Dominus Rex Ioannes. de anno 1460. uendit ciuitati Barchinone annua pensionem censuale 484. librarum pro pretio duodecim mille librarum.
- 87 Dominus Rex Alphonsus uendit eidem ciuitati aliud censuale mortuum de anno 1529. pensionis 1100. librarum & pretij 27500. librarum
- 77 Censuale domini Regis Ioannis fuit redemptum. 30. Augusti. 1565. & de ordine sue Matris fuerunt soluta ciuitati 32000. librae. pro pretio, & pensionibus dicti censualis.
- 89 Ciuitas de anno 1585. gratiose mutuo dedit serenissima Imperatrici, duo decim mille libras, quas postea dominus Rex restituit ciuitati.
- 90 Quod non est uerosimile, non est presumendum, nec credendum, nec considerabile.

- 6
- 91 Dominus Rex noster, nunc feliciter Regnans de anno 1601. gratiose mutuas accepit triginta mille libras à ciuitate Barchinona.
- 92 Non est credendum, quem, potius mutuum ab eo petere, à quo poterat ali- quod debiitum exigere.
- 93 Prasumitur quis facturum, quod ab alijs communiter fieri solet.
- 94 In Curijs celebratis de annis 1547. 1552. 1564. 1599. & in alijs multis fuit condemnatus procurator Fiscalis patrimonialis, diuersis sen- tentijs per iudices grauaminum, ad soluendum diuersas, & mag- nas quantitates dicta ciuitati, & nouissime in Curijs anni 1599. 268. ff. 24. libras.
- 95 In vim dictarum condemnationum de anno 1601. recepit ciuitas Bar- chinona. 43. ff. 332. libras.
- 96 Dominus Rex, dictas solutiones fecit nulla opposita compensatione, quam opposuisset, si à ciuitate, ratione quinti, vel alia de causa, aliquid sibi deberi intellexisset.





- 1 **S**UPERIORIBVS hiſce diebus emanauit m̄ datum ab officio Magiſtri rationalis domus, & Curia domini Regis ex ordine, vt aſſeritur, ſua Maieſtatis, quo præcipitur ciuitati Barchinonæ ad pœnam mille ducatorum, vt intra triginta dies ædat computa adminiſtrationis impoſitionum per dictam ciuitatem receptarum, ab anno 1599. vſque ad annum 1619. ad effectum, vt ſciri poſſit, ad quam quantitatem dicta ciuitas tenetur Regio Fiſco pro ſolutione quinti dictarum impoſitionum, quod præceptum non potuit non dicta ciuitas admirari, cum apud omnes ſit habitum pro conſtanti, ciuitatem tali petitioni minime eſſe obnoxiam, vt que id clariuſ redderetur, & omnibus innoteſceret, iniunxit ciuitas Doctõribus in ſcriptis, vt ſuam notõriam iuſtitiã in publicum prodire curarent, pro vt dicto mandato obediendo, inſcripti Doctores breui dictam ciuitatis iuſtitiã patefacere conabũtur.
- 2 Super prætenſione Fiſcalis ſolutionis quinti impoſitionũ, diu eſt quod inter multas huius Principatus vniuerſitates, & Regium Fiſcum contenditur, & multæ ſuper dictis prætenſionibus fuerunt latæ ſententiæ pro Fiſci procuratore, ſed eas prætenſioni ciuitatis non obſtare, neque iuri ciuitatis præiudicare, euidentiffimè ex ſequentibus apparebit.
- 3 Quia magnifici iudices qui dictas ſententiã pro Regio Fiſco protulerunt, eas ſundarunt, & quotidie fundant in doctrina Iacobi Calicij Aduocati Fiſcalis domini Regis in margarita Fiſci dubio. 6. num. 48. caſu 196. Vbi de conſuetudine
- 4 atteſtatur, quã obſeruarunt domini Reges Aragonum vſque ad tempora domini Regis Ferdinandi primi, concedendi licentiã imponendi vniuerſitatibus Cathalonie libere, & abſque retentione alicuius partis impoſitionum, ſed ſolũ
- 5 habita certa ſumma pecuniæ pro licentiã. Vt iuſtitiã ciuitatis dubia reddi nequeat, eãdem Calicij doctrinã amplecti
- 6 mur. Et ſic nõ necelle habemus eius doctrinã confirmare.
- 7 *Cum ei de dicta conſuetudine atteſtanti credendum ſit. gloſ. in l. de quibus. ff. de legibus, & ibi. Barthol. Pau. de Caſt. cõſ. 151. pluribus probat Anto. Cab. tit. de proba. conſulſ. 4. in prim. & Iacob. Benn. de priuileg. Iuriſconſult. priuileg. 81. n. 2. vbi dicit. Ita communiter receptũ eſſe, quod maxime procedit, vbi eſt famoſus Doctõr & celebriſ ille, qui de conſuetudine atteſtatur: prout erat iſte*
- noſ.

<sup>2</sup>  
noster Calicius vti eius scripta impressa demonstrent : vt  
concludunt , & concordant omnes supra citati, ac alij qui de  
hac materia tractant.

- 8 Quod vel maxime procedit, quando iste Doctor: *Attestatur de consuetudine loci, vel Curia, in qua versatus est. Puteus de syndi-  
catu, in vers. Doctor seu advocatus Alex. conf. 5. nu. 11. in fine. lib. 3.  
De i. conf. 472. nu. 16. Roland. conf. 98. num. 23. lib. 4. Bennisius vbi su-  
pra. nu. 3. & Anco. Gab. in dicta conclus. 4. nu. 3. vbi sic concor-  
dat opiniones in hac materia: vt opinio affirmans, Doctori et  
se credendum, quando attestatur de consuetudine , procedat  
in illa Curia, in qua versatus est Doctor, qui in suis scriptis de  
aliqua consuetudine attestatur, negans vero procedat, vbi at-  
testatur de alijs Curijs. Noster Calicius clarum est, quod atte-  
statur de consuetudine suæ patriæ, & Curia, cuius erat Aduo-  
catus Fiscalis, & sic de re, quam scire ad suum officium spec-  
tabat, & quam in manibus quorū die habebat, erat quippe Ad-  
uocatus Fiscalis serenissimorum Regum Aragonum sui tē-  
poris, & signanter serenissimi Regis Ferdinandi de cuius cō-  
suetudine pariter scribit, & *Attestatur, sine quo non poterat de  
hoc tractari. l. non intelligitur. §. diuus. l. si fiscus. ff. de iure fisci. l. 2. C.  
si aduers. fisci. & l. fin. C. de Aduoca. Fisca. Quo fit, vt eius assertio  
ni indubitanter sit standum.**
- 11 Hæc ex abundantia allegata sunt pro assertione Calicij, cir-  
ca dictam consuetudinem, quoniam Regia Curia dictam Ca-  
licij doctrinam pro indubitata habet, & ei circa petitionem,  
& condemnationem quinti innititur. Calicius igitur, in loco  
præallegato in margarita nempe Fisci sexto dubio. nu. 48. ca-  
su 196. sic loquitur. *Quia de vectigalibus concedendis Reipublica ci-  
uitatum, atque ordinum habet Fiscus duas partes, & tertia datur ci-  
uitatibus, & municipibus, & ordinibus pro eorum necessitatibus, vt  
l. fin. C. de vectigal. & commissis est verum, quod serenissimi Reges  
Aragonum in Carhalonia absque portione aliqua consueuerunt dare  
ciuitatibus, & municipibus licentias imponendi talia vectigalia, seu  
impositiones, habita certa summa pecuniæ inde pro licentia imponendi,  
sed tempore serenissimi domini Regis Ferdinandi fuit petita quarta,  
vel quinta pars per ipsum serenissimum, aliàs arnegabat licentiam, im-  
ponendi talia vectigalia seu impositiones, & in aliquibus ita sequen-  
tium fuit, sed raro.*
- 13 Omissa igitur opinione multorum grauissimorum Docto-  
rum huius, & aliarum ciuitatum nostri Principatus, quam re-  
ferre

3  
ferre non libet, cum ciuitas Barchinonæ pro docendo de sua iustitia, dictam opinionem defendere non habeat necesse, qui nimo nequè latum vnguem à prædicta Calicij doctrina discedendo, dicitur ex dicta Calicij doctrina resultare, serenissimos Reges Aragonū consueuisse in Cathalonia absque portione aliqua dare ciuitatibus, & municipibus licentias imponendi vectigalia, siue impositiones, habita ab eis certa pecuniæ summa pro rconcessione dictæ licentiæ.

14 Refulat etiam ex Calicio, dictam consuetudinem obseruatam fuisse vsque ad tempora domini Regis Ferdinandi primi qui cepit regnare die 25. Iunij 1412. quo tempore asserit Calicij, dictum serenissimum Regem Ferdinandum primum consueuisse petere quartam, aut quintam partem dictarū impositionum, pro dicta licentia imponendi, aliàs consueuisse talem imponendi licentiam denegare, subdit demum Calicijus ita postea in suis successoribus sequutum sed raro.

Hæc est literalis doctrina Calicij in prædicto loco, quam Regia Curia semper amplexa fuit, atque ciuitas amplectitur.

16 Et vt ex dicta Calicij doctrina iustitiã ciuitatis Barchinonæ clare depromamus, est præsupponendū, dictam ciuitatē omnia priuilegia, quæ habet ad imponendum sisas, & impositiones, habere multo ante tempora dicti Regis Ferdinandi primi, quod ad eo verum est, vt de initio concessionis factæ dictæ ciuitati ad imponendum dictas impositiones (vt pote quod sit antiquissimum) non appareat, ob quod tantum vnū commemorabimus Regis Petrij tertij, quod dictæ ciuitati sui concessum die 17. Maij 1359. vbi præsupponendo ciuitatē illo tempore iam consueuisse imponere sisas, & impositiones ei bene visas, ad cautelam ei ampliari dictam potestaté: vt imposterum posset impositiones crescere, & de nouo imponere, ad liberam dictæ ciuitatis voluntatem, & tandiu, quandiu ciuitas vellet.

19 Ex quibus colligimus dictum dominum Regem, insequendo consuetudinem suorum prædecessorum (cum omnis dispositio debeat à consuetudine interpretationem recipere: *Corne. conf. 250. in hac consultatione in fine. vol. 3. Inno. in cap. olim de verb. significa. Abb. in cap. certificari de sepult. Bertrand. in conf. 290. num. 13. vol. 3. Ruyn. conf. 260. volum. 1. Anto. Cab. de consuetud. conclus. 1. num. 63. Barzjus decis. 131. nu. 3.* Et quilibet censetur facere actum secundum vigentem consuetudinem.

l. quod

<sup>4</sup>  
i. quod si nolit. §. quod si assidua. ff. de edili edict. l. excepto. C. locati  
Bartol. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iuris. Surd. decif.  
166. num. 35.) Vel recepisse aliqui tempore concessionis dic-  
torum priuilegiorum pro dicta licentia imponendi, aut gra-  
22 tiosè dictam licentiam concessisse. Et licet utroque casu idè  
ius habeat ciuitas, verum, vt rei veritatem narremus, constat  
ex eodem priuilegio impositionum Regis Petri tertij, ip-  
sum tempore concessionis dicti priuilegij, dictarum imposi-  
tionum, dictam consuetudinem sequendo, recepisse à ciuita-  
23 te. præter alia, octo mille libras. Attendensquè dominus Rex,  
ciuitatem semper consueuisse eum, & suos serenissimos præ-  
decessores profèqui inmensis officijs, optimi & fidelissimi  
vassalli, in eisdem priuilegijs fusè enarratis (vt femora con-  
suetudine ciuitas esset tuta ab omni petitione imposterum  
respectu dictarum impositionum) amplissima priuilegia dic-  
tæ ciuitati concessit. Et quia non abs re erit dicta ingentia ser-  
uitia referre, ex innumeris priuilegijs quæ dicta seruitia cla-  
re exprimunt, vnum saltem referemus. ex quo ad alia clarif-  
sime inferri poterit: est priuilegium Regis Iacobi primi datū  
Barchinonæ, pridie Kalend. Ianuarij 1299. in quo sic habe-  
34 tur. *Attendentes, ac etiam in veritate recognoscentes vobis Berengario Maioli, Guillermo Petro Burguesij, Bartholomeo Romei, Guillelmo Olomarij, & Raymundo Rouira, Consiliarijs ciuitatis Barchinonæ hoc anno recipientibus nomine dictæ ciuitatis Barchinonensis, & vniuersitatis ipsius, & singulorum eiusdem, & omnibus ciuibus, & habitatoribus eiusdem ciuitatis, & suburbiorum ipsius, & singulis eiusdem, quod tempore regiminis excellentissimi domini Regis Petri salis recordationis patris nostri, & tempore regiminis illustrissimi domini Regis Alphonsi bonæ memoriæ fratris nostri, nec non & tempore nostri regiminis, vos, & antecessores vestri in guerris, & alijs factis dictorum patris, & fratris nostrorum, & nostris, maximas, expensas & missiones fecistis, & plures labores, & damna, tam in mari, quam in terra sustinistis. Ita quod plures de patribus, filijs, fratribus, consanguineis, & amicis vestris, mortem, & alia pericula incurrerunt. Attendentes etiam, quod vos, & antecessores vestri erga dominationem nostram, & antecessorū nostrorū fideliter vos habuistis. Et quod nobis, & ipsis antecessoribus nostris plura alia grata, & laudabilia seruitia, & auxilia fecistis, & exhibuistis: Attendentes etiā, quod vos de præsentem remisistis nobis diuersas pecunia quantitates, ad summam ducentorum quinquaginta mille solidorum auri minarum as-*  
tenden

cedentes, quas nos prædictæ ciuitati, & eius vniuersitati ex causa  
mutui debemus, cum caritis, quas nobis reddidistis. Quæ si quidem  
quantitates pecunia fuerunt conuersa in vtilitatem terræ nostræ. At  
tendentes insuper, quod cum nos in reditu, quem nuper ad partes  
nostræ dominij fecimus, de partibus videlicet, Romæ, Neapolis, & Sici  
lia, ad quas in seruitium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iueramus, esse  
mus Baronibus, militibus, peditibus, cursarijs, & marinarijs, & alijs  
quam plurimis personis obligati in magnis pecunia quantitatibus, as  
cendentibus ad summam trecentarum millium librarum Barchin.  
nens, pro quibus quam plurima bona, tam mobilia, quam immobilia  
erant vendita, & aliâ alienata, ac etiam impignorata, & obligata,  
vos impendistis tantum, & tale consilium, opem, & iuamen in præ  
dictis, quod nos, & bona, quæ habemus in Cathalonia possumus à præ  
dictis debitis, & obligationibus deobligare, ac etiam liberare. Ideo  
gratis, & ex certa scientia, proprio motu, & mera liberalitate, in re  
munerationem omnium prædictorum, & ex causis superius expressa  
tis, & etiâ pluribus alijs in præsentî instrumento non comprehensis, &c.

25

Et cum anno 1614. tota Cathalonia, & eius singulares pre  
merentur à famosis latronibus, non solum per publica itinera,  
& in domibus suis, quas habebant tam in solitudine, quam  
etiam in locis, & villis satis populosis, adeo vt nocte aduen  
tantes singulares ex ciuitatibus, & alijs locis numerosis, egre  
di non auderent tres mille passus à ciuitate, vel opido distan  
tes, & res eò, deuenit, vt per suam excellentiam, & Regium  
Consilium, auxilium fuerit petitum à dicta ciuitate, pro ex  
tirpatione dictorum latronum: prout apparet publico docu  
mento dictæ petitionis, cui petitioni (cum cederet in magnû  
seruitium suæ Maiestatis) statim sequendo suam consuetudi  
nem, annuit, & habita facultate à sua excellentia, congrega  
uit gentes suis expensis, ad mouendum bellum (sic enim dici  
potest) contra dictos latrones, & ad eorum coadunationes  
vulgo dictas quadrillas, quæ multæ erant in Cathalonia in di  
uersis eius partibus ad extirpandum (prout Dei auxilio) mul  
ti, per gentem ciuitatis debellati fuerunt, & alij mortui, &  
alij capti, in quo ciuitas plusquam viginti mille libras con  
sumpsit. Et demum cum iam incepti fuissent dicti latrones  
deuastari, accessit excellentissimus Dux Alburquerque, qui  
dictum negotium per ciuitatem inceptum summo cum om  
nium applausu eius aduentu perfecit. Et omnes dictas coa  
dunationes vulgo dictas quadrillas, dictorum latronum extir  
tir-

circipuit, & prorsus ad nihilum redegit, vt est notissimum.

26 Alias seruitiorum continuationes consulto prætermittimus, ne iuris allegationes in longum volumen excrescant. Quæ omnia adeo probe agnouerunt suis temporibus prædicti serenissimi Reges, & signanter dicti serenissimi Reges Alphonsus, Iacobus, & Petrus tertius, vt apertè voluerint in dictis priuilegijs impositionum constaret in posterum, ipsos ratione dictorum priuilegiorum impositionum (vt constaret de sua liberalitate, intendendo in eo remunerare aliqua ex parte seruitia ciuitatis) promississe, numquam quidquam de dictis impositionibus accepturos, quin potius volendo amplius beneficiare ciuitatem in dictis impositionibus cum alijs Regijs priuilegijs, promiserunt, se suamque Regiam familiã dictas impositiones more priuatorum soluturos.

27 Et vt prædicta re ipsa appareant, accedat priuilegium Regis Alphonsi datum Barchinonæ 4. Kalend. Aprilis 1286. vbi sic habetur. *Promittimus vobis bona fide per nos, & successores nostros, quod in prædicta collecta, siue sisa nihil tangemus, vel accipiemus, nec tangi, vel accipi ab aliqua persona faciemus, vel permittemus. Imo volumus, & concedimus vobis, quod vos circa prædictam sissam, & collectionem eiusdem, ordinetis omnia ea & singula, quæ vobis videbuntur vtilia.*

28 Neque tacitum prætermittemus priuilegium Regis Petri tertij datũ Barchinonæ die 17. Maij 1359. quod probat, tũ continuationem seruitiorum, tum ratificat dominus Rex sissas, & impositiones quas ciuitas habebat. Et dat eidem facultatem imperpetuum illas augendi ad libitum ciuitatis. Et quod de eis non teneatur computum aliquod reddere.

30 Et insuper in eodem priuilegio adest aliud capitulum tenoris sequentis. *Item, que vos señor, e la señora Reyna, e lo señor Duch, e los señors Infants, e tots aquells que son de casa vostra, señor, e de la dita señora Reyna, e dels altres señors demunt dits, e totes altres personas de qual q̄ lley, o cõdicio sien, paguen, e hayan a pagar en totes les ditas imposicions, posades, e posadores per les rahons de munt dites. Plau al señor Rey.*

31 In super alio Regio priuilegio eiusdẽ Regis Petri dato Barchinonæ die nona Iunij. 1378. Idẽ dñs Rex promittit, soluere impositiones ciuitatis, sub his verbis. *Itẽ, señor cõper les grãs proferidas, e dons en diuersas Corts, e parlamets per les Vniuersitats de Catalunya, e entre les altres per la ciuitat de Barcelona fetas a vos señor,*

señor per defensio de vostres Regnes, e per conseruatio e exaltatió de vostra corona la Vniuersitat, y singulars, y habitadors de la dita ciutat hayan pagades per llonch temps, e paguen vuy de totes vuyaltes, e altres cosas, que despengan, gran, e quaix importables imposicions, las quals señor per autoritat vostra son posades es lleuan en la dita ciutat, les quals imposicions vos señor, e no sens raho carper vostres asers, y son auers haueis promes, e iurat, e sots tingut pagar, e haueis pagades tot temps, e acostumat de pagar planament ayent com haueis estat en Barzelona, segons que sab lo vostre comprador, sino de algun poch temps a en sa, que alguns officials vostres no degudament ho han comensat damptaxar, Per so supplicam a vos señor los Consellers, e promes de dita ciutat, que so que per los temps passat es degut per vos señor per raho de las ditas imposicions vos plasia pagar, o al meys encarrar a la ciutat. E que vos señor, e la señora Reyna, e lo dit señor Du ch, e la señora Duquesa promecats en vostra bona fe, e iureis q de asi auant paguets planament les dites imposicions com vos señor no solament per conuensa, e per sagrament, mes encara per bona raho primer degats pagar aquellas car a la veritat ab aqueilas vos señor, e la cosa publica vostra vos fets en les grans guerras, e asers que haueis, hauts desfes, e amantenguis, e si per venura, &c. r lau al señor Rey.

32 Hoc idem confirmatur per aliud Regium priuilegium Regis Ferdinandi secundi. Dat. in loco de Almagán, die 26. Maij. 1496.

33 Confirmatur & alio priuilegio Regis Petri dato CesarAugusti. 4. die Martij anno à natiuitate domini 1357. Ibi quod que possitis tenere vendēdo aut colligēdo, seu colligifaciendo, & aliās prohibito voluntatis impositiones in n. statutas, seu ordinatas in dicta ciuitate, ve leas crescere, seu descrecere, aut aliās nouiter imponere, &c. Iuncto vers. sequenti, Volentes, & concedentes vobis vniuersis, & singulis ciuitatis predicta, quod vos aut singulares ex vobis ne queatis illo vnquam tempore per nos aut officiales nostros peci, demandari, seu conueniri requiri, citari aut vocari ad reddendum computum de predictis, nec possit contra vos, aut bona vestra, seu alicuius vestrum de predictis, aut ipsorum occasione inquisicio fieri questio vel demanda in iudicio siue extra. Nec nos aut officiales nostri intromittamus nos inde aliquo modo, vel ratione tanquam de re de qua intromittere non debemus, nec possumus aliquod impedimentum, vel obstaculum directe, vel indirecte opponere in pramissis, &c.

Ecce qualiter ex dictis Regijs priuilegijs euidentissime constat, dñm Regem in cōcessionibus dictarū impositionū,

non

8  
non solum voluisse seruare consuetudinem, quæ tunc vige-  
bat in similibus concessionibus, nullam reseruandi portionē  
ex eis, de quo clare patet ex his, quæ recepit tempore concef-  
sionis, verum etiam liberaliorem se ostendisse versus dictam  
ciuitatem: vt promisserit per se, & suos successores in Regno  
nullo vnquam tempore, ex quacunque causa, de dictis impo-  
sitionibus aliquid tangere, aut accipere, seu tangi, aut accipi  
facere, nec in eis aliquo modo ex quacunque causa se in-  
tromittere. Et insuper cum dominus Rex ad solutionem  
35 dictarum impositionum non teneretur, cum concedens non  
36 subiaceat suæ concessioni, nisi expressim id disponatur. Quia  
37 persona loquentis in qualibet concessione exigendi vectiga-  
lia à quacunque persona non comprehenditur, argument. l. obligatio-  
38 ne generali. ff. de pigno. l. Inquisitio. C. de solutio. gles. in l. emptor. C. de  
39 heredi. vel actio. vendita not. Peregrin. de iure fisci. tit. 5. num. 24. Et  
sic si comunitas vedat gabellā salis, si postea comunitas emat  
sal, non tenetur soluere gabellam. Vt notat Barto. Alber. Cast.  
& Alexand. Tradit Amadeus à Ponte in questio. Laudemial.  
quest. 21. nu. 2. & 3. qui reddit rationem. Quia nemo censetur ce-  
dere actionē contra se ipsum. l. 1. in fine. de noui. oper. nuntia. be-  
ne. ad propositum Paris de Puteo in tracta. de reassump. instrument.  
40 rubrica. 7. à num. 8. vsque ad nu. 14. Vbi late probat, quod Prin-  
ceps dando alicui aliquam potestatem, non censetur illā da-  
41 re in sui præiudicium, & quod statuendo aliquid obseruari  
in omnibus causis, non intelligi de se ipso. Et ex alia parte  
42 Fiscus Regius non tenetur ad solutionem aliquorum oner-  
um, imo ab eis est exemptus. l. licitatio. §. Fiscus. ff. de publica, la-  
te hæc tradit Peregrin. de iure fisci. lib. 6. tit. 5. nu. 24. Vbi dicit per  
43 illum textum, Dinum, Raynerium, Barto. & Pau. de Cast. in  
ferre, quod si Princeps, vel comunitas aliqua vedat, aut locet  
gabellā salis, aut vini aut rei frumētariæ, vel aliter contrahat  
de inde Fiscus emat, & contrahat, pro qua emptione, & con-  
tractu priuatus teneretur soluere gabellam, non tamen tene-  
bitur Princeps, veruntamen dominus Rex tenetur ad solutio-  
44 nem impositionum ciuitatis, quia promissit in diuersis priui-  
legijs geminatis dictas impositiones soluere, & tota etiā sua  
45 domus Regia, & eius officiales. Ex quibus videtur non adesse  
dubiū probabile, quod ciuiuitas Barchinonæ ad solutionem  
46 quinti pro dictis impositionibus non teneatur, quia dictæ  
prætensionī obstat præallegata consuetudo, secundum quā,  
tem-



9  
tempore dictarum concessionum nulla pars dictarum impositionum solebat referuari per dominos Reges: sed tantum aliquid solebant accipere pro dicta concessione: prout in nostris Regijs priuilegijs fuit obseruatum, tum quia semota dicta consuetudine verba dictorum priuilegiorum repugnant dictæ præfationi. Et est clarū, non posse summi interpretationem, cui verba repugnent. *Etiā si aliās actus redderetur inutilis Decius in l. contrahenda. num. 11. ff. de regul. iur. allegat. ext. in l. tutores. §. 1. de administratio. tutorum.* Vbi si pater dat curatorē filijs in testamento, illa datio curatoris non sustinetur, vt datio tutoris, eo quod verba nō conueniant validitati actus, bene *Cephal. conf. 216. num. 19. & 22. lib. 2. Angel. conf. 238. nu. 5. & Hypolit. Riminal. conf. § 17. num. 44. lib. 5.* Repugnantia autē dictorum verborum est manifesta, quomodo siquidem possent stare, quod dominus Rex intenderit impositionum, si cū eisdem, & alijs priuilegijs promittit, de eis nihil tangere, aut accipere, aut tangi, aut accipi facere.

50 Ad hæc si dominus Rex cum geminatis priuilegijs promittit, super dictis impositionibus se non intromittere, tantquam de re de qua intromittere se non potest, certe si quantum in dictis impositionibus haberet, clarum est, ratione sui interesse posse se intromittere, cum nemini denegatur interuentio in negotio, de quo principaliter, vel secundario de suo interesse agitur. *argur. l. à sententia, & l. si per lusorio. ff. de appella. cum simili, & alijs passim à DD. ad notatis.*

51 Præterea est veresimile, quod dominus Rex noluisse, integre impositiones in ciuitatem transferre, subijciendo se, & suam Regiam domum volunrarie solutioni dictarum impositionum, certe non, cum talis liberalitas dictæ promissionis soluendi dictas impositiones, excludat omnem præsumptionem reseruatiōis cuiuscumque iuris, non solum extante dicta consuetudine, verum etiam ea semota. Etenim dictam subiectionem soluendi dictas impositiones est clarum, importare liberalitatem, cum dominus Rex eo casu renuntiet iuri suæ immunitatis, & renuntiationem dominationem importare, dubitari nequeat. *l. in adibus, & ibi glos. ordina. & committer DD. ff. de donatio. l. si mulier. ff. conditio. Obcausam.* Nonq̄ est verisimile, quod dominus Rex voluisset exercere liberalitatē tam in solitam, & exorbitatē, cum posset per relaxationem iuris

- iuris sui, via ordinaria, ciuitati fauere, non siquidē creditur,
- 54 id quod rationabilis iudex & rei qualitas non consentiunt ad not. per *Bald. in l. testium nu. 20. C. de testi. alios refert Crauet. conf. 930. nu. 13. vol. 5.* At quis rationabiliter induci non potest ad credendum, quod dominus Rex, qui exercere volebat liberalitatem in ciuitatem, vsus fuisset liberalitate illa, quæ quæ non ita decebat dominum Regem, ommitēdo liberalitatem eius ordinariam remissionis quinti. Quo fit, vt de eius remissione, & cuiuscūque iuris quod habere posset in dictis impositionibus dominus Rex, in vim dictorū Reginum priuilegiōrum, dubitari nequeat.
- 55 His additur, quod si habens priuilegium eundi & nauigādi sine molestia, censetur adeptus exemptionem pedagij: *Ve per Signorolū. de Homodeis, conf. 70. nu. 11. circa medi. quem refert, & sequitur Egidius Bosius in tit. vectigal soluere, qui teneantur nu. 6.* Quis dubitare poterit, quod ex dictis priuilegijs, & alijs actibus extraordinarijs gestis per dominum Regem in fauorem ciuitatis occasione dictarum impositionum, non ipsa Regi in dictis impositionibus competere posset. Neque dicat aliquis, quod quantum est de Regalijs domini Regis (est aduertendum, quod cum adaptamus priuilegia ad remissionem quinti, loquimur semota illa consuetudine antiquissima dominorum Regum de qua Calicius vbi supra, nam ea attemptata frustra esset querere remissionem quinti, cum tunc vt dictū est, nō cadat dicta remissio) nā responderetur, quod illud quod ab aliquibus magnificis iudicibus dicitur, Regalia non venire in generali cōcessione, sed requirere specialē expressionem. *Cap. quo ad translationem. de offici. lega. vbi communiter scribentes, Albe. in l. quoties. C. de precib. Impera. offerend. Anchar. conf. 331. v. 1. circa medi. Boer. decis. 50. alios refert. Peregri. de iure*
- 56 *fisci. lib. 1. tit. de his, qui habent iura Fiscalia. nu. 75.* Hoc intelligi,
- 57 quando Princeps agit de transferendo Regaliam aliquam in tertium, vt regulariter non censeatur transferri ex verbis generalibus, sed requiri specialia. At quando Princeps non agit de transferendo Regaliam, sed immunitatem ab aliqua Regalia, tunc non est necessaria expressio particularis, quia diuersa sunt, concedere Regaliam, vel immunitatem ab ea, & Regalia acquisitiuē acquirere, vel tantum exemptiue, vt ele-
- 60 *ganter docet Amade. à Ponte. tit. qui feud dare possunt. nu. 40. 41*
- 61

61 & 42. plures citans. Ex quo sequitur minime iudicice adaptari, remissionem quinti requirere specialem expressionem. Pro quo etiam facit, quod & ipsa Regalia transcunt per generalem concessionem, si ille, cui est facta concessio diu vsus fuisse Regalibus. Quia sequens vsus præcedentem concessionem declarat, vt bene tradit. Rosental. in tract. de feudis. cap. 5. conclus. 14. num. 7. Idem de iure exigendi gabellam tradit Tiber. Decian. responsio. 124. num. 42. & 43. Sic in simile, ius percipiendi decimas à laicis possideri non potest, cap. causa de præscrip. libertate tamen non soluendi decimas, est certum præscribi posse. glos. in cap. in aliquibus, quam DD. ibi sequuntur Felinus in cap. causamquam de præscrib. Balb. de præscrip. 5. par. principa. quæst. 7. & probatur in cap. de quarta de præscrip. Couar. variar. resolutio. lib. 1. cap. 17. nu. 10. Ioan. Cutier. cano. quæstio. quæst. 21. num. 64.

65 Præterea Iesu bone, quomodo à magnificis iudicibus huius ius causæ poterit iniici scrupulus, quod expresse non sit facta cautio in dictis priuilegijs de quinto, si tempore dictarum concessionum receptio quinti non erat in vsu? quomodo de qualitate curare possumus cum cõstet de non existentia substantiæ? certe nullo modo. Argu. l. 1. ff. de vsufruct. l. eius qui. ff. si cert. petat. not. Craue. conf. 870. nu. 5. multos refert Cutierrez. lib. 3. practi. quæst. 9. 16. nu. 92. & 93.

67 Et si obijcias, ad quid igitur proderant verba dictorũ priuilegiorum tam largam liberalitatẽ importancia, respectu concessionis impositionum, cum extante tali consuetudine tempore dictorum priuilegiorum, de quinto non esset curandũ?

68 Dicitur multũ prodesse, & operari. Potuisset siquidẽ dominus Rex ex alijs causis dictis impositionibus, aut parte earum vt, cum in multis casibus dominus Rex possit vti bonis

69 suorum vassallorum, vt inferius latè deducitur. Et vt prædicta potestas auferretur, dignatus fuit dominus Rex dictas promissiones ciuitati facere, nihil tangendo, nil accipiendo ex dictis impositionibus, nec de eisdem se intromittendo, tanquam de re, de qua, se intromittere non poterat. Exemplum

70 clarum de his habemus, nam dominus Rex Petrus cum anno 1366. indigeret magnis pecuniæ quantitatibus, pro subueniẽdo Regno Sardinia, fecit emparas vniuersaliter in impositionibus vniuersitatum Cathalonie ad effectum prouidendi ditæ suæ necessitati. Et cum prætenderetur, id fieri non potuisset per suam Maiestatem, dignatus fuit dominus Rex dictas emparas reuocare.

Hoc

- Hoc manifestè sensit, & Dominus Rex Jacobus in præalle-  
72 gato priuilegio dato Barchinonæ pridie Kalend. Ianuarij  
1299. dum concessit, quod ipsa ciuitas, & eius bona, & om-  
nes ciues dictæ ciuitatis essent franchi, & immunes à quib-  
uscumque seruitijs pecuniarijs, & mutuis, ac præstitis fortia-  
tis.
- 73 Suadentur prædicta ex obseruantia postea sequuta, nam à  
tempore plusquam trecetorum annorum, à tempore nempe  
cōcessionis dictorum Regionum priuilegiorum, semper ob-  
seruatum fuit, vt domini Reges post dicta Regia priuilegia,  
ex dictis impositionibus nec aliquid tetigerint, nec accepe-  
rint, tangiue, vel accipi fecerint, nec in eis aliquo modo se in-  
tromisserint. Imo permisserunt integrè ciuitatem semper di-  
74 ctas impositiones recipere. Quod ex voluntate ipsorum do-  
75 minorum Regum processisse præsumitur, voluntas siquidem  
præsumitur in actu per obseruantiam sequutam diutius ob-  
seruatam. Ita Socinus. *conf. 68. in causa qua vertitur. lib. 3. & la-  
tius. conf. 145. circa primum, quasi per totum. lib. 1. post. con. 108. vltra  
prædicta per totum. lib. 1. Alex. conf. fin. nu. 11. vers. consulendo enim.*
- 76 *lib. 4. Huc alludit, & illud quod ex multis resoluit Purpurat. conf.  
580. nu. 7. Quod talis processio non solue ndi, ex titulis præce-  
77 dentibus processisse præsumitur. Iuuat etiam, quia tam facta,  
quam verba sequentia diutius obseruata, euidentissimum  
præstant intellectu, factis, & verbis præcedentibus: Vt plene per  
78 Rom. *conf. 328. præsens consultatio.* Hinc per obseruantia sub se-  
quutam tolli omnem dubietatem, tradit *deciso. Pedemon. 136.  
79 in fine.* Neque tacitum est relinquendum optimum, cōsiliium  
Ioan Bologne. *i. nu. 133.* qui importantiam obseruantia subse-  
80 quuta, in proposita materia bene enucleat. *Tiber. Decia. respon.  
124. n. 42. & 43. vol. 3. vbi ex multis resoluit, resultare vèditione  
iuris exigendi gabellā ex verbis generalibus, licet sit de Rega-  
libus & ea regulariter nō veniāt (nisi exprimantur) ex obser-  
uatiapostea secuta. Idē sensit Rosental. in tracta. de feudis. c. 5. con-  
clus. 14. n. 7. Pro quo facit, quod ciuitas recipiēdo integrè sēper  
82 omnes impositiones cū sciētia domini Regis, (quæ præsumi-  
tur ex tā antiquissimo tēpore, etiā in sui præiudiciū, Craue.  
*conf. 394. & de antiqui. tēpo. par. 3. in prin. n. 19. Menoch. de præsup.  
præsump. 132. num. 71. lib. 3. Rosental. de feud. cap. 4. con. us. 33. n. 3.  
& cap. 5. concl. 16. nu. 45. Costa de iuris & facti ignorantia. inspect.  
72. nu. 10. & sequen. vbi ex Becio. conf. 15. Craue. conf. 894. & alijs***
- amplias*

- ampliat, vt & sola sciētia officialium Principis in respicientibus administrationem officij sui, noceat Principi, quia, & quo ad eum præscribitur etiam quo ad Regalia, & vectigalia) visa fuit interpellasse ius domini Regis, & se gessisse pro libera à solutione quinti, ad nota. per Guid. Papæ decis. 631. nu. 13. Hero-  
 84 *nij. Portol. ad Nicolin. §. Barones. nu. 4. Suarez. in præmio feri. nu. 8. Alber. Brun. conf. 35. post prin. lib. 1. & nouē Bammaca, in comme. ad tit. si de feudo defunct. C. si quis per triginta, quæst. 6. per tot. Et consequenter cum dominus Rex nunquam cōquestus fuerit de dicta integra receptione, visus est consensisse in dictā  
 85 receptionem, & cum præcesserint dicta priuilegia, apta ad præstandum dictum consensum, eorum vi præstius præsumitur, cum nullus alius appareat titulus, sic in terminis argumentatur Decianus responso 124. nu. 37. vers. tertio conf. matur. lib. 3.**
- 86 Corroboratur prædicta obseruātia, ex multis actibus gestis inter ciuitatem, & dominos Reges, videlicet, quod dominus Rex Ioannes die 28. Ianuarij 1460. vendidit annuam pensionem censualem quadringentarum octuaginta quatuor librarum, pretio duodecim mille librarum, dictæ ciuitati, &  
 87 Rex Alphonfus die 3. Augusti 1429. vendidit aliud censuale, pensionis mille centum librarum, & pretij viginti septem mille quingentarum librarum. Et dictum censuale Regis Ioannis fuit redēptum ex ordine suæ Maiestatis die 30. Augusti  
 89 1565. soluendo ciuitati triginta duas mille libras pro pretio, & pensionibus debitis dicti censualis.
- 90 Et anno 1582. eadem ciuitas grotiose mutuo dedit ferensimā Imperatrici duodecim mille libras, quas postea dominus Rex restituit ciuitati, quo circa verisimile non est, quod si existimarent dicti domini Reges, aliquid eis debitum esse per ciuitatem ratione dictarum impositionum, quod non petiuisent, quod si deberi putabant, potius quam susciperent in se onus dictorum censualium, quod quæ non est verisimile, non est præsumendum, nec est credibile, nec considerabile  
 91 *Bald. in l. 1. col. 3. C. de seruis fugitiuis, & in l. actor, quod asseuerat, C. de probatio. Calcanus, conf. 102. post prin. Abbas conf. 114. sub. n. 4. vol. 2. alios refert Barzius decis. 125. num. 26.*
- 92 Accedit, quod anno 1602. mutuo accepit dominus Rex nūc sceliciter regnans à ciuitate triginta mille libras. Et si putasset, ciuitatem in aliquo ei teneri ratione dictarum impositionum;

- tionum, est certum potius debitum à ciuitate exigisset, quam mutuū petiisset, quis enim est, qui à debitore desinat debitū petere, & mutuū ab eo petat? certe nullus à comuniter accidētibus. *sic in proposito a contrario ratiocinatur Vincentius Hondedens, cons. 47. nu. 34. lib. 1. dicens, nā si tuus creditor fuisset, ego nō soluisset meum debitum, sed retinuissem, & cū meo credito cōpensassem. Mittitur, quod præsūmitur quis facturū, quod cōmuniter ab alijs fieri solet.* *l. quis donaturus, & ibi glos. ff. de usufr. l. quod si nolic. §. qui assidua, & ibi Bal. ff. de Aedil. edic. l. conditio. §. si nummos. & ibi Barr. & cōmuniter. DD. ff. si cert. pet. a.*
- Neque silentio est inuoluendum, quod ciuitas Barchinonæ plusquam septuaginta annis hucusque prætendit aduersus dominū Regem, quod ei debebat diuersas sūmas, ratione nouarū impositionū exactarū in Regno Sicilia à ciuitate pro extractione frumentorū contra exēptiones, & franquesias dictæ ciuitatis, & sic in Curijs anni 1547. 1552. 1564. & 1599. & à multis retro annis sēper fuit condēnatus procurator Fiscalis patrimonialis diuersis sententijs latis per iudices grauaminū, in singulis Curijs successiue ad soluendum diuersas quantitates, & magnas, dictæ ciuitati, & demum in Curijs anni 1599. ducentum sexaginta octo mille octingentas, & nonaginta quatuor libras monetæ Barchinonæ, de quibus dicta ciuitas anno 1601. recepit quadraginta mille tercētum triginta duas libras monetæ Barchinonæ. Nonq̄ est uerisimile, quod dominus Rex tā longissimo tēpore hucusq; fecerit tot solutiones ciuitati ratione dictarū condemnationū, nunquam opposita exēptione compensationis, si cogitasset ciuitatem ei ratione dictarum impositionum, alia uel causa teneri, & debitoricem esse, cum nemo præsumatur iactare suum. *Vulga. l. cum de indēbito. ff. de probatio.* Eoque magis, quod pecunia ciuitatis fere tota procedit ex impositionibus ciuitatis, ynde si ex dictis impositionibus dominus Rex putasset ciuitatem esse debitoricē, proculdubio exēptionem cōmpensationis opposuisset. *arg. l. 1. c. de compe.*
- Ex prædictis igitur luce meridiana clarius habemus, procuratori Fiscalī nullam competere actionem aduersus ciuitatem, ratione prætensi quinti dictarum impositionum, tum quia Regia priuilegia impositionum dictæ ciuitatis sunt antiquissima, & nouissima sunt de tempore Regis Petri tertij, & nulla sunt de tempore Regis Feridnandi primi, & sic sūt cō-
- cella

cessa tempore quo vigeat cōsuetudo inter dominos Reges, quod de similibus concessionibus impositionum nullam sibi referuabant partem, sed tantum aliquid tempore concessionis accipiebant: prout in dictis Regijs priuilegijs ciuitatis acceptum legitur, & consecutiue in vim prefatae consuetudinis apparet, Fiscum à dicta pratēsiōe quinti esse exclusum, ex hoc solo, quod priuilegia fuerint concessa de tempore illius consuetudinis, tum etiam (& semota dicta consuetudine) quia dñs Rex non attendendo quo ad se ad quintum, quia vt certus suæ concessionis, sciebat, super dictis impositionibus non habere, sed volendo fauere ciuitati ob sua ingētia seruitia, nec occasione dicti quinti, nec aliās de dictis impositionibus ciuitatis nihil tangere, vel accipere, nec de illis se intromittere promissit: ex multis siquidem possunt domini Reges mittere manum in bonis inferiorum. *glos. 2. in cap. fin. in fine. 9. quæst. vlti. & in Can. Ecclesia. 16. quæst. 1. cap. constitutus, verbo à quocunq; in principio de Religio. domi. multas citat Petra de potest. Prin. cap. 24. num. 7. Vt denique nulla ratione, nec dicti quinti (vbi de eo iuxta dicta tempora fas sit loqui) possit à suis successoribus molestari, nec alia ex causa concessit dicta ampla priuilegia dictæ ciuitati, & alias in solitas liberalitates (vt superius ostensū est) exercuit, quocirca ex prædictis satis superquē apparet, nullam actionem cōpetere Fisco ad petitionem dicti quinti. Saluo. &c.*

- |                                    |                                      |
|------------------------------------|--------------------------------------|
| <i>Dalman Aduocatus ciuitatis.</i> | <i>Finaller Aduocatus ciuitatis.</i> |
| <i>Michael Finaller Aduocatus.</i> | <i>Aylla. I.V.D.</i>                 |
| <i>Ciuitatis subrogatus.</i>       | <i>Aymerich. I.V.D.</i>              |
| <i>Cancer. I.V.D.</i>              | <i>Fontanella. I.V.D.</i>            |
| <i>Aguilo. I.V.D.</i>              | <i>Vinyola. I.V.D.</i>               |
| <i>Mohet. I.V.D.</i>               |                                      |
| <i>Boquet. I.V.D.</i>              |                                      |